



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 42.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Chlotario dederunt. Theodato defuncto Totila successit in regno, quem Narses Patricius interfecit; regnumq; Gothorum in Italia destructum est.

POST Theudebertus cum exercitu Italiam ingreditur, eamque maritimis terminis depopulatur. Narses patricius in fugam versus. Postea Buccellinus dux iussu Theodoberti Siciliam occupat, totaq; Italia dominans, magna ei felicitas in his conditionibus fuit. *Caput 41.*

PETITIONE Desiderati Verdunensis vrbis Episcopi Theodobertus clementer octo millia solidos civibus Verdonensibus ad recuperandum dedit. Theudebertus vexatus à febre moritur decimo quarto regni sui anno. *Caput 42.*

GROTECHILDIS regina plena dierum & bonis operibus moritur: in sacratio Basilicę sancti Petri sepelitur. Chlotarius iubet ad omnes Ecclesias tertiam partem fructuum fisco dissolvere. Sed resistente Injurioso Pontifice hoc malum destruitur. Chlotarius de Ingunde Guntharium, Chiltericum, Aribertum, Guntramnum, Sigibertum, & Chlodesindam filiam habuit. Deg Aregunde, sorore Ingundis Chilpericum. Et de Vn- *Caput 43.*
Greg. 4. gest.
Franc. c. 1. 2. 3.
4 & c.
Aim. 2. c. 16.
gal. Redegūde
sina habuit Chramnum.

AGLANE in Hispania regnante cum esset iniquus suis, exercitus imperij Hispanias ingreditur, & ibi Agila interficitur. *Caput 44.*

ATHANAGILDUS succedit in regno, qui ab Hispania exercitum imperij expulit. *Caput 45.*

THEUDEBALDUS filius Theodeberti h Valderadam duxit vxorem. Erat valde iniquus suis; cuius tempore vuæ in sambuco natę sunt. Stella ex aduere- *Caput 46.*
h Vuldodradam Greg. 3.
10 ve. cap 9.